

1110, MARÇO, 25 — *Carta de couto do mosteiro de Tibães (c. Braga).*

B.M.P. — Col. Diplomática, docs. most. Tibães, n.º 1 [A] e 2 [B], cops. sec. XII (a)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego comes domnus Henricus et uxor¹
 mea infante domna Tareisa² Alfonsi regis filia placuit nobis ut faceremus sicut et facimus
 cautum³ sicut et terminum ad monasterium Sancti Martini de Tibianes et facimus illum
 cautum et terminum pro amore domini nostri Ihesu Christi et ut mercedem habeamus inde
 5 ante Deum omnipotentem in diem iudicii et ut serui Dei qui ibi habitant uel habitauerint me-
 moriam nostram semper habeant in missas et in psalmis et⁴ in tota opera⁵ que ad Deum per-
 tinent et pro uobis Petro Pelaiz et Menendo⁶ Pelaiz et Pelagio Pelaiz qui nobis semper serui-
 tium fecistis et facitis cum fide et ueritate. Et facimus per terminum quod nobis placet et di-
 rectum est per terminum⁷ quomodo diuidet Palatim cum Uilarino⁸ et inde per terminum de
 10 Ulgoso⁹ et inde quomodo diuidit Tibianes cum Martim et inde per terminum de Kabreiros¹⁰
 et uenit per terminum de Sameli et inde quomodo diuidit Parada cum Farozos¹¹ et inde per
 Cernato¹² et inde per Ganderela et inde ad illam fontem¹³ de Sancto Petro de Merlin et inde
 a Castro¹⁴ Malo et inde per illam carrariam antiquam et fer in Moquoromi¹⁵ et inde per illum
 flumen de Cadauo¹⁶ et fer in illa foz¹⁷ de Gesmondi. Hec est terminatio monasterii Sancti
 15 Martini de Tibianes quam¹⁸ facimus nos supra nominati ita ut de hodie die uel tempore sedeat
 ipsum terminum siue coutum¹⁹ de iuri nostro abraso²⁰ et in uestro iure uel dominio ad illum
 monasterium traditum²¹. Si quis de hodie die et²² tempore aliquis homo rex aut comes potestas
 uel non potestas hunc factum nostrum infringere uoluerit, in primis sedeat excommunicatus et
 anatematizatus et cum Iuda traditore habeat participium et pariat post parte ipsius monas-
 20 terii aut qui uoce eius tenuerit XII milia solidos et VI milia auri talenta et hunc factum
 nostrum firmiter permaneat. Facta est agnitio et diuisio atque inuentario VIII.º Kalendas
 Aprilis Era T. C. X.º VIII. Ego comes Henricus²³ una cum uxor²⁴ me²⁵ infante domna Tara-
 sia²⁶ manus nostras confirmamus atque roboramus ++ s.

Sub Christi nomine Nunus abbas monasterii Tibianensis quos uidi et conf²⁵.

25 Pro testes: Petro ts.²⁶, Pelagio ts.²⁷, Gunzaluo ts., Godino ts.

Menendo²⁷ Uenegas continens Sancte Cruce conf., Gomz²⁸ Nuniz continens Sancti²⁹

Christofori conf., Egas Moniz continens Sancti Martini conf.

Egas Gonsendiz³⁰ continens Baiam³¹ quos uidi et³² conf., Pelagio Suariz continens Amaia
 quos uidi et³³ conf., Fafila Luz continens Lanioso quos uidi et³⁴ conf., Egas Pelaz³⁴ continens

30 Burio quos uidi et³⁵ conf., Gomz³⁵ Uenegas continens Penela³⁶ quos uidi et³⁷ conf.

(2 sinais) HENRICUS — TARASIA³⁸.

Petrus Uimaranensi clerici comiti notuit (*).

(*) Cota de origem: most. de Tibães, Gav. Jurisdição e Privilégios, n.º 1 e 3a. Vid. Ap. nota VI.

(*) Este exemplar veio a ser selado posteriormente, como no-lo indica a furação do perg.